



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Cur prudentes domini pauperes magni faciant

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

proposuit, & pretium eius calicem aqua frigida esse uoluit. Sed quando est pauper qui facit eleemosynam, tunc debent eleemosyna eius esse calix aqua frigida. Qui plus habet, plus faciat. Vidua illa de duobus minutis fecit, Zacchaeus dimidium rerum suarum dedit, & ad reddendas fraudes suas, aliud dimidium reseruauit. Eleemosyna illis profunt qui uitam mutauerunt. Das enim Christo egenti, ut peccata tua redimas praeuicta. Nam si ideo illi das, ut liceat tibi semper impune peccare, non Christum pascis, sed iudicem corrumpere conaris: ergo ad hoc facite eleemosynas, ut uestra orationes exaudiantur, & adiuet uos DEVS ad uitam in melius commutandam. Et qui commutatis eandem uitam, in melius commutate, ut per eleemosynas & orationes deleantur mala uestra praeuicta, & futura bona ueniant sempiterna.

VI.

Quis unquam diues tantam habuit potentiam, quis auctoritatem tantam? Pauperi das, & Deus accipit. Immo & pauperi tibi caelum aperit, teque recipit. Recipere in caelum Dei est, sed adeo illi chari sunt pauperes, ut hanc iurisdictionem suam uelit cum illis habere communem. Hanc illorum potestatem quia agnoscunt Principes & Reges, ideo tantis eos sibi largitionibus deuincunt, sibi que amicos reddere student, ut ab eis in aeterna tabernacula recipiantur. Placilla Theodosij Imper. uxor, teste Theodoro, pauperes & infirmos sua manu fouebat; cum autem quidam uellent illam ab hoc opere auocare, dixit: *Aurum distribuere docet Imperatorem: ego autem pro ipso Imperio, ei qui id ipsum dedit, operam hanc offerre debeo.* S. Augustinus, teste Possidonio, uasa Dominica, ob captiuos, & alios egentes frangi iussit, & in eos dispensari: & si quando Ecclesiae pecunia deesset, populo denuntiabat, non habere se, quod in pauperes erogaret. Acacius Amidae Episcopus, apud Socratem, ut pauperes Persas captiuos, numero septies mille redimeret, uasa sacra uendit, dicens suis clericis: *Deus noster neq. lancibus, neq. poculis eget; quare conuenit hac in militibus afflictos dispensari.* Et Theophilus, apud Sozomenum: *Præstat, inquit, agrotorum corpora, quae uerius Dei templa sunt, restaurare, quam lapidea adificare; quantum magis, quam profana palatia, theatra, sphaeristeria, marmorea equorum stabula?*

VII.

D. Augustino consonat Lactantius, simul etiam inanem. *quemdam metum geromet ab ijs, quos sollicitudo incurrendae paupertatis*

Theodor. l. 5.
hist. c. 18.

Possidon. in
uit. S. Augu-
stin. c. 24.

Socrates l. 8.
cap. 21.

Sozomen l. 8.
cap. 12.

Lactant. l. 6.